

crepundia et infantiles salivas homo quinquagenarius meditatatur? Dii boni, quod hoc monstri est! Verum in medio hoc stupore dum occurrisset mihi ex Cicerone<sup>1</sup> Socratem et Catonem ambo iam senes illum fidibus, istum Grece didicisse, id vero est inquam nichil: hic homo magnorum exemplorum vel Grecis vel Romanis reliquum facit. Morem ergo gessi vobis, sed vereor, ne depravata sint pleraque in incuria scriptorum. Nam ego iam diu est, quod his neniis valedixi. § Liemarum<sup>2</sup> dulcem mihi amicum unice per vos salutatum velim. Hezilonem<sup>3</sup>, si nondum abscesserit, obsecro vos et obtestor, ne quam in redeundo moram faciat. O quæm ille avunculum amisit!

## 13.

*M(einhard) an R.: rät ihm, sich um die vakante Pfarre von Hallstadt zu bemühen, nötigenfalls mit Geld, und sagt seine Hilfe zu.*  
(1063 etwa März—April.)

*Cod. Paris. lat. 2903 fol. 50.*

Dilecto filio R. M. omne bonum.

Presens tu me presentem urgere solebas, ut aliquid de re tua cum episcopo<sup>4</sup> agerem. Sed cum id minus tunc prestare possem, nunc data occasione id efficere, quantum in me est, unice cupio. Parrochia de Halstat<sup>5</sup> mortuo domno N. libera est. Unde te moneo, ut per te ipsum, per omnes quos potes, quomodo-cumque potes, eam labores adquirere. Vide ergo, ne tibi ipse defueris. Quodsi industria tua minus tibi profutura est, vel tu nummo rem pertempta; nam et in hoc opem meam verissime tibi polliceor. Sed vide, ne quæ ego tibi familiariter et utiliter suggero,

<sup>1</sup>) De senectute 8.    <sup>2</sup>) Offenbar der spätere Erzbischof von Bremen, der von Herkunft Bayer war. Vgl. die nächste Anmerkung.    <sup>3</sup>) Bonizo, Lib. de lite 1, 616 nennt zusammen: Liemar von Bremen, Gitielin von Köln, Wezilo (später Erzbischof von Mainz) und Meinhard von Bamberg. Da sonst genau dieselben Personen in diesem Brief vorzukommen scheinen, bin ich geneigt, Hezilo für Wezilo zu halten. Es sind zwar an sich verschiedene Namen (Hezilo = Etzel, Wezilo = Werner), aber die Verwechslung kommt auch sonst vor. Bischof Hezilo von Hildesheim (1054—1079) kommt jedenfalls nicht in Frage.    <sup>4</sup>) Bischof Gunther von Bamberg. Der Adressat R., der ein Schüler Meinhards sein könnte, befindet sich also beim Bischof.    <sup>5</sup>) Hallstadt bei Bamberg.